Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tibi gentes hereditatem tuam · & possessionem tuam terminos terre ⁊

Reges eos in uirga ferrea · tamquam uas figuli confringes eos ⁊

Et nunc reges intellegite · erudimini qui iudicatis terram ⁊

Seruite dno in timore & exultate ÷ ei : in tremore ⁊

Apprehendite disciplinam nequando irascatur ÷ dns : & pereatis de uia ÷ iusta : ⁊

Cum exarserit in breui ira eius · beati omnes qui confidunt in eo ⁊

PSALMUS DAUID CUM FUGERET A FACIE ABSALON FILII SUI ⁊ Xps ad patrem de persecutoribus suis loquitur · instruitq· fidelis populus nemo rem formidet · quia auctor eius resurgendo spem ei uere resurrectionis exhibuit ⁊

Gens enim a genere uocitatur ⁊ cum dicit hereditatem tuam · naturam siue dignitatis ostendit ⁊ Hereditas abhero dicta est · id est a domino ⁊ Cum dicit possessionem · uniuersas gentes credituras significat ⁊ Terminis terre · substantiam omnium creaturarum uult intellegi ⁊

Nunc reges dominatores utiorum dicit · qui & intellegere & corrigere subiectos ualent ⁊ Erudire · docere est ⁊ Ipsi enim bene iudicant terram id ecclam · quibona que intellegunt · alios docent ⁊ Terra enim dicta · a terendo ⁊

Ille apprehendit disciplinam · quise munit contra noxia uitia · nequando inlonga patientia dispereat · deuia iusta · id dexpo · qui est uera uia recte ambulantium · aduitam dux euntium · Iter ad beatitudinem festinantium ⁊

Totus hic psalmus ad personam xpi refertur ⁊ Oportet enim eum tertium locum tenere · quia scae trinitatis et triduane resurrectionis insemysteria continet ⁊ Nam per liberationem dauid · resurrectio xpi significatur ⁊

Reges eos · id est potestatem tirannicam auferas abeis ⁊ Illi enim regunt · quisaluant · Uirga ferrea · fortitudo e equitatis ⁊ Rogat ut comes & meis terrenas cupiditates ⁊ Bene ergo peccator uase luteo cparat · quiut uas fiale frangit · sed in melius reparatur · cum diuina gratia inspiratle homine p ducitur ⁊ Sicut timor di delicte excludit · Ita securitas culpas committit ⁊ Ne exultatio faceret nos elatos · addit cum tremore · ut reuerenter do seruiatur ⁊

Exarsit enim in breui ira eius · id est in illo iudicio ubi non est singulorum discussio · sed simul omnia iudex iudicat ⁊ Beati omnes qui non in hominibus neq· in semetipsos · sed in dm confidunt ⁊ Iste psalmus finit · unde superior incipit ⁊ id est a beatitudine · & ideo apud hebreos pro uno habentur ⁊